

um insluit. quorum nomina vide apud Melam.

*Amorrhaeis*] Qui sic dicti sunt ab Amorrrhaeo filio Chanaan, & vltra accis Iordanē longē lateq̄ habitārunt, antequam ab Israēlitis eiicerentur.

*Seon*] Rex Amorrheorum, quem, cūm Israēlitis iter includeret, interfecit Moses, & regionem eius occupatam Rubenitis & Gaditis assignauit.

### PSALMVS CXXXVII.

*Evertite fundamentis*] Versus Spondaicus, habens in quinta regione spondæum.

### PSALMVS CXXXVIII.

*Quod supereft, si quid supereft*] Elegās ἐπαρθεσις. Qualis illa Ciceroniana, *Quid sit, quod se à me remouit, si modò remouit, ignoro*. aut etiam illa Horatiana : *Quod spiro & placeo, si plac eo, tuum est.*

### PSALMVS CXXXIX.

*Momenta*] Mo mentum à moueo, est minimum temporis spaciū, à nictu oculi Germanis dictū, ein Augenblick. Vult enim dicere, nullam vel minimam vitę suę partem Deo incomptam esse. Momentum quoq̄ in lancibus libræ, iam in hanc ianu in